



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Hic cum aliquot carminibus loco conclusionis, seu appendicis ponitur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)



MOD. DIONYSII

CARTHUSIANI, DE

plurium beneficiorum usurpatione
colloquium, breue quidem: sed
breuitatem maiori uti-
tate compensans.

INTERLOQVVTORES,
Canonicus, Patronus,

CANONICVS,



VONIAM me peccatorem gra-
uem intueor, quid mirum si per me-
ipsum deum iudicem iustum accede-
re vereor: ne forte quemadmodum
fluit cera a facie ignis: sic pereã ego *Psalm. 67.*
peccator a facie dei. Ad quem ergo

fiducialius tutiusq; confugiam, nisi ad te, o bea-
te huius collegij venerandi patrone sancte. N.
PATR. Quis nam es tu? CANO. Cur domi-
nus meus sic loquitur seruo suo, quasi huius suæ
ecclesiæ canonicos non agnoscat: & quasi sole
sit nomine, non re ipsa, patronus noster? PA. Ne-
scis supernæ gloriæ ciues dño deo suo tam omni-
quaq; conformatos: vt quos ipse ignorat, igno-
rent & ipsi; quos scit ipse, ipsi q; scire credant?
c iij Por-

D. DIONY. CARTHV.

Porro impios & iniustos, carnales & negligentes, idcirco nescire asseritur deus: quia eorum damnabilem non approbat vitam: quibus & in die dicet iudicij, Nescio vos: discedite a me operarii iniquitatis. Iustos vero cognoscit, quorum vitam approbare censetur. Quid ergo miraris, si me te ignorare profitear, cuius mihi conuersatio displicet vehementer? Arqui sicut tu nomine non ci possim patronus. Insuper qua fronte me tuum appellas patronum: qui alterius quoque collegij, aut certe plurium te esse canonicum gloriaris? Nunquid plurium capitum, diuersorumque prelatorum non subordinatorum, uariorumque idem corporum mysticorum, poteris esse membrum, aut subditus? CA. Væ misero mihi, & heu miserum me: quia quem patronum & excusatorem inuenire sperabam, non nisi accusatorem & reprehensorem reperio. Et ecce solo nomine me esse canonicum contestaris, quum pondus feram diei & æstus: quotidie visitans chorum, orans, cantans, ac celebrans. Præterea cur super pluralitate beneficiorum me increpas: quum iam uir doctissimi in omni fere facultate promoti, pluribus sint beneficijs dotati. Quod si vituperabile esset, atque damnabile: ab eis (ni fallor) euitaretur. Et nonne expedit plures habere patronos apud altissimum: & per consequens in pluribus esse præbendam collegijs? PATRONVS. Nonne in collocutionis huius exordio te grauem esse peccatorem clamasti? Cur ergo super re ista causaris: quoniam nomine, non re, te canonicum esse redargui? An de illorum es catalogo, qui se ipsos quidem accusant: quum vero accusantur, & cõ

Luc. 13.

Matt. 7.

40. dist. c.

esulti sac.

Math. 20

& corripuntur ab alijs, indignantur & excusa-
 re se moluntur: cum tamen in scriptura verita-
 tis expressum sit: Qui odit correptionem, vestigi-
 um est peccatoris: & qui abiicit disciplinam, in-
 felix est. Præterea non aduertis quid canonici no-
 mine designentur? Nonne canon regula interpre-
 tatur? Vnde canonicus quasi regularis nuncu-
 patur. Propter quod ista tantum rite ac vere re-
 ipsa appellatur canonicus, cuius vita iuxta san-
 ctorum patrum canones, iurisque regulas dirigi-
 tur, rectificatur, ac ducitur. An adeo excæcatus
 es mente: vt exteriorem ingressum ad chorum, non loca
 vocalemq; cantum, orationem, & celebrationē
 putes cuiquam sufficere ad salutem? Nonne in-
 gratum est spiritui sancto, quicquid ei offertur,
 neglecto eo ad quod offerens obligatur? Nonne
 legisti Bernardum hæc dicentem: quam extre-
 ma sit impudentiæ, carnales & vitiosos canoni-
 cos, seu clericos audere ingredi sancta sanctorum
 summiq; regis se præsentare conspectui: & pol-
 lutis labijs fontem puritatis supermundissimum
 laudare deum? Nunquid speciosa est laus in ore
 peccatoris? Nonne peccatori dixit deus, Quare
 tu enarras iusticias meas, & assumis testamen-
 tum meum per os tuum? Nonne qui declinat au-
 rem suam ne audiat legem, oratio eius execrabi-
 lis erit? An non audisti Augustinum loquentem,
 Quia plus placet deo latratus canum, grunntus
 porcorum, quam cantus luxuriantium clerico-
 rum? Nonne de talibus per beatissimum Esaiam
 locutus est dominus, Populus hic labijs me hono-
 rat: cor autem eorum longe est a me. Idcirco in-
 uanum me colunt. Denique quid diuinus docue-
 rit Dionysius non aduertis? Nonne in pluribus

3. dist. c. ca
 nõ
 40. dist. c.
 nos q & c.
 91. dist. c.
 cantantes
 Bernardus.
 40. dist. c.
 añ oia & c
 multi
 1. q. 1. c. o. p
 pheta & c.
 oia sacra-
 menta
 Eccl. 15
 Psal 49.
 Prou. 28.
 40. dist. c.
 añ omnia.
 Esa. 29

Trices. ter scripsit locis, Quod indignis ministris nec fas est
 tio q. 4. c. sacra contingere cymbola, vasa ac sacerdotalia
 christiano ornamenta? Multominus profecto est eis licitum
 et ca. uir a consecrare, tangere, sumere, aut alijs dispensare
 pr. corpus & sanguinem saluatoris: quoniam deifor
 r. qu. 1. re mes atq; mundissimos esse oportet in sacris ordi
 mission. et nibus constitutos, sacri altaris ministros. Hinc ca
 capit. sicut tholici concorditer dicunt doctores, vnumquęq;
 Chri. i. q. i in sacris constitutum ordinibus, in omni actu cu
 iuscunq; ordinis sacri peccare mortaliter, si indi
 gne, (hoc est, in mortali existens peccato) exerce
 1. q. 1. omia at aliquem actum ordinis sacri: imo & calicem,
 sacramen. & sacras vestes tangendo, mortaliter peccat.
 et prophe. Postremo plures habere apud deũ patronos, utri
 et ca. sacro que expedit: sed nõ eo modo vt tangis: quin po
 sanc. et ca. tius qui plura habet beneficia, quorum vnũ sim
 nec. plicis victui ac vestitui sufficit: nullum apud de
 um habet patronum in veritate, nisi poeniteat:
 quum in statu damnationis esse pobetur: Dum
 item multorum capitum, non subordinatorum,
 vult esse membrum ac subditus: nullius eorũ ue
 rum esse mēbrum, ac verus subditus demonstra
 tur. Quod aut de doctoribus plura beneficia ha
 bētib; opponis, nil valet: quia excæcat eos eo
 rum malitia, eorum cupiditas, ambitio, negligē
 tia, carnalitas, aut huiuscemodi aliud vitium. Et
 vide q̄ stolide arguas. Nonne magis credendum
 est sanctiss. patribus, excellentissimisq; doctori
 bus dudum in Christo defunctis, quorum doctri
 nam & vitã approbavit altissimus, & nunc vni
 uersalis tenet approbatque ecclesia, qui scripse
 runt, asseruerunt & docuerunt oppositum? Non
 ne electus Dei Bernardus cuidam illustri scripsit
 Canonico, Quicquid de vnico tuo beneficio vi
 tra

tra simplicem victum & vestitum tibi reser-
 uas: tuum non est, furtum est, rapina est, sacrile-
 gium est? Nonne secundum doctrinas Tho-
 mæ de Aquino, Guilielmi parisiensis, Raimun-
 di, Iohannis, Vlrici, & aliorum complurium, q
 plura beneficia habent, quorum vnum ad sim-
 plicem victum vestitumq; sufficit: deum suæ
 priuant honorificentia cultu, matrem suam ec-
 clesiam suis mutilant membris, ac detruncant
 suppositos pauperes elemosynis eis debitis, vi
 uos ac mortuos suis suffragiis, fundatores suis
 intentis. Ecce quam horribilia sunt ista. Cum e-
 nim beneficium ordinetur ad officium: nempe
 ad persoluendum horas canonicas, ad orandū
 pro fundatoribus & vniuersis ijs annexis, ad ob-
 sequendum altissimo, ad tribuendum quod su-
 perest indigentibus: dum vnus plura beneficia
 habet, nec tamen nisi vnum officium soluit: pri-
 uatur deus residuis officijs, quæ suæ maiestati
 exhiberentur ab his, qui de alijs, (canonici seu
 clerici pluribus beneficiati) possent bñficijs su-
 stentari. Similiter defuncti illorū priuant suffra-
 gijs, & egeni elemosynis suis: CANO. Vndiq;
 conuictum me cerno, conclusum me video, ob-
 rutū fateor: idcirco cōsiliū auxiliūq; implo-
 ro, efflagito et suspiro. Veruntñ de hoc informa-
 ri deosco, qd iudicari debeat simplici victui ue-
 stituique sufficere. Siquidem ad honestatem sta-
 tus nostri multa pertinere ac exigi dicimus, &
 docemus. PATRO. Quod te superatum fare-
 ris, atq; remediū quæris commendo: consiliū
 & auxiliū impartiri paratus. Porro ad quæsi-
 tum respondeo, q̄ vestra assertio & doctrina
 multipliciter periculosa & erronea inuenitur.

Hoc

de elect. &
 elect. po. &
 dudū. 2. &
 ibi no. pa-
 normit.
 de elect. c.
 dudū. 2. de
 de. nō re-
 si. c. cōque-
 rente. No-
 ta panor.
 16. q. 2. c.
 gñaliter
 de ce. mis.
 c. p̄sbyter
 & c. dolen-
 tes

41. dist. sp̄
 quisquis

D. DIONYS. CARTH.

Hoc igitur tibi respondeo, quod quanto canonici plebi vulgari vocatiōe, gradu, aut ordine sacro sunt altiores: tanto pariter & virtutibus spectatiores esse, & honestiores in uita tenentur. Honestas vero ecclesiæ nequaquam in curiosis, deliriosis, preciosis, superfluis vestibus, equitaturis, epulis, ornamentis, familia exteriori, seculari quæ paratu: sed in decore consistit virtutum. Et nimirum honor debetur virtuti: utpote exhibitio reuerentiæ in signum virtutis. Id autem demum vere honestum est, quod virtuosum deo quæ placitum comprobatur. Porro quod carnalem prudentiam redolet, quod seculo huic conforme est, quod carnem oblectat: abominabile est apud iudicem summum: si tamen Christo creditur, qui in euangelio protestatur, Quod altum est hominibus: abominabile est apud deum. Qui iterum loquitur, Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis qui ridetis nunc: quia plorabitis & flebitis. Væ vobis qui saturati estis: quæ esurietis. CANON. Et quis poterit saluus fieri, si fertim ex numero nostro: quia quotidie delicatius usque ad abundantiam conuiuamur, vino implemur & inter epulas confabulamur, ridemus, & ludimus: diu quoque sedemus ad mensam, & vix ieiunia obseruamus ecclesiæ? PATR. Si non credis Gregorio asserenti, quia quod fouet carnem necat spiritum: saltem Paulo crede apostolo, qui affirmat, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitijs & concupiscentijs. Item, Neque auari, neque cupidi, neque fornicatores, neque elati, regnum dei possidebunt. Crede & incommutabili veritati, quæ ait, Quam angusta est porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, &

i. q. r. c. vi.
 l. i. l. i. m. u. s.
 de v. l. &
 ho. cle. c.
 clerici offi
 lia

Roma. 8

Luc. 16

Luc. 6.

Ibidem

Ibidem

Greg.

Gala. 5

1. Cor. 6

Mat. 7:

paucl

pauci inueniunt eam? Quam spaciofa porta & lata via, quæ ducit ad perditionem: & multi incedunt per eam? CANON. Si hæc ita fe habent, pauciffimos noftrum credo faluandos. Siquidem in vniuerfis quæ carnis funt volumus abundare delicias, diuitias, honoresq; quærimus, diuinum officium agit anter transigimus, & ita cursorie legimus, oramus, & psallimus, vt verba vix diftincta proferamus. PATR. Status vester vniverfus miserabiliter est valde heu miserum corruptus, atq; ad maximum lapsum vos deiectioni.

CANON. Hoc mihi precor planius pleniufque exponas. PATR. Diligenter aduerte, ad quæ obligeris. Etenim in quantum es homo christianus, teneris ad euangelica præcepta, ad communia quoque præcepta ecclesiæ, vt discas a Salvatore, quia mitis est & humilis corde: corpusque tuum in animæ redigas feruitutem, abstinendo a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Amicos inimicosque diligas, pro persequentibus te exores, odientibus te & mala facientibus tibi benefacias: omnem deinceps superbiam, iram, inuidiam, gulam, incōtinentiam, auaritiam, accidiam, & cætera vniuerfa peccata mortalia vites: cum metu & reuerentia seruias deo, cum timore et tremore tuam operis salutem. Nec solum præfata fugias vitia, sed etiam oppositis eis virtutibus decoreris: vt vere sis humilis, mansuetus, sobrius, castus, liberalis, et alacer ad diuina: atq; (quod omnibus eminent) toto corde, tota anima, tota mente, totisque viribus diligas deum, et proximum omnem, sicut te ipsum: neminem scandalizes, omnes quantum in te est ædifices, in patientia tua possideas animam tuam.

Delin

40. dist. c.
an oia de
cele. mis. c
grā. i. de.

14. dist. 1. e
qd picipit
4. dist. c. de
nig. in fi.
Matth. 11
1. Cor. 9.

1. Petr. 2.
Matth. 5.

Coloss. 3.
Philip. 2.

1. tim. 6.
Math. 22
Marc. 12.

2. q. 1. c. si
peccauerit
10. q. 2. c.
episcopus.

1. Iohan. 2.
de pe. di. 2
c. si enim
Iohan. 13

de vi. &
ho. cler. c.
vt clerico
rū mores

4. dif. c. de
niq. 14. q.
1. quod pre
cipitur

Delinquentem charitatiue corripias, opera mi
sericordiæ, tam corporalia quam spiritalia, pro
posse exerceas: hñs victum & qbus te garis his
contentus sis. Et in his perseueres vsq; in finem,
Ecce ad ista obligaris in quantum christianus.
Quia qui dicit se in Christo manere: debet sicut
ille ambulauit, & ipse ambulare: cum & ipse
iubeat & hortatur. Qui mihi ministrat, me se
quatur. CAN. Ego his rite pensatis, nondum ve
raciter christianum esse me fateor, & cognosco.
Nihilominus vt cordialius me humiliem, & de
plangam: ea quoque paucis mihi pandere di
gneris precor, ad quæ prout canonicus obligor.
PAT. De hoc in decretalibus satis doceris: ta
men vt memoriæ fortius imprimantur, compen
diose tangētur. Sic etenim in principio tertij De
cretalium continetur: Vt clericorum mores &
actus in melius reformentur, continenter & ca
ste viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris
ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio
cauentes: maxime illo propter qd venit ira in fi
lios diffidentia: quatenus in conspectu omni
potentis dei puro corde ac mundo corpore valeat
ministrare: ne vero facilitas venia incencium
tribuat delinquendi: statuimus, vt qui compre
hensi fuerint in continentia vitio laborare: pro
ut magis aut minus peccauerint, puniantur se
cundum canonicas sanctiones: quas efficacius
& districtius præcipimus obseruari: vt quos di
uinus timor a malo non reuocat, temporalis tal
tem poena coerceat a peccato. Si quis ergo hac
de causa suspensus, præsumpserit celebrare diu
na non solum ecclesiasticis beneficijs spoliatur:
vtū

verumetiam pro duplici culpa perpetuo depo-
natur. Prælati vero qui tales præsumperint in
suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pe-
cuniæ, vel alterius commodi temporalis: pari *de vi. &*
subiaceant ultioni. A crapula & ebrietate o- *ho. c. a cra*
mnes clerici abstineant diligenter. Vnde vinum *pula.*
sibi temperent, et se vino: nec ad bibendum quis
piam incitetur: cum ebrietas & mentis indu-
cat exilium, & libidinis prouocet incentiuum.
Vnde illum abusum penitus decernimus obo- *abolend*
lendum, quo in quibusdam partibus ad potus
æquales suo modo se obligant potatores: & il-
le iudicio talium plus laudatur, qui plures inebri-
at, & calices fecundiores exhaurit. Si quis autē
super his se culpabilem exhibuerit (nisi a supe-
riore commonitus satisfecerit) ab officio, vel
beneficio suspendatur. Clerici officia vel com-
mercia secularia non exercent, maxime in ho *de vi. &*
nesta. Mimis, ioculatoribus, & histrionibus non *ho. de. c.*
intendant, & tabernas prorsus euitent: nisi forte *vt cleric*
causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas
& taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis in-
tersint. Coronam & tonsurā habeant congruen-
tem: & se in officijs ecclesiasticis, & alijs bo-
nis studijs, exercent diligenter. Clausa defe-
rant desuper indumenta, nimia breuitate vel
longitudine non notanda. Pannis rubeis aut
viridibus, nec non manicis aut sotularibus, con-
sutijs, frenis, sellis, pectoralibus, calcaribus de *ti. aut. c.*
auratis, aut aliam superfluitatem gerentibus *vt cleric*
non vtantur. Fibulas omnino non ferant
neque corrigias argenti vel auri ornatum ha-
bentes; sed nec anulos gestent, nisi quibus
competat

de vi. &
ho. de. c.
cle. ibidē c
monaste-
ria

De coha.
cle. et ml. c
Si qsquam

Psal. 17
Eccle. 13
Ibidem
Ecclesi. 19

competat ex officio dignitatis. Pōrifices autem
in publico et in ecclesijs super indumentis lineis
omnes vtantur, nisi monachi fuerint: quos oportet
habitū ferre monachalem. Clerici arma portantes,
et vsurarij, excommunicentur. Si quis ex clericis
comam relaxauerit, anathema sit. Monasteria
sancti monialium si quisquam clericus sine
manifesta et rationabili causa frequentare
præsumperit, per episcopum arceatur. Et si non
desierit, ab officio ecclesiastico reddatur immu-
nis. Si laici, excommunicationi subdantur, et a
cœtu fidelium fiant penitus alieni. Si quisquam
sacerdotum (id est presbyter, diaconus, subdia-
conus) de quacuncq; foemina habeatur crimine
fornicationis suspectus, si post primam, secundam,
et tertiam ammonitionem inueniatur fabulari,
et aliquo modo conuersari cum ea, excommuni-
cationi subdatur. Foemina vero canonicè in-
cetur. CANON. Intellectis his quæ commemo-
rare dignatus es, in summo me esse constitutum
periculo luce clarius deprehendo. Nec etenim vi-
get inter nos disciplina, nec regularis obserua-
tia vlla. Nunc ergo quod mihi impendis consilium?
PATR. Quod aliud, nisi vt pluralitate beneficiorum
renunciatis, cum vno competenti posthac contentus
et ea quæ tetigi, ad quæ ue vt christianus, siue in quantum
canonicus obligaris, obserues. CANON. Non video, quall-
ter ea in collegio isto et inter canonicos perleues
rans, valeam adimplere, cum scriptum sit, Cum
peruerso peruerteris. Et, Qui tetigerit picem, in-
gnabitur. Et, Qui communicauerit superbo in-
et superbiam. Et, Qui se iungit fornicarijs, erit
quam. Denique ego ipse adhuc imperfectus et
fragilis.

fragilis, imo passionibus & vitis plenus: quomodo inter carnales & prave viuentes conuertibilis ero, & deo inuiolabiliter adhærebo: & non porius mox vndique flectar, dericiar, & peribor. Imo nisi concanonice me conformem, ab omnibus irridebor. PATRO. Vera sapientia radius fulget iam tibi, & spiritus sanctus: qui vbi vult spirat, ad salubrem considerationem te erigit. Idcirco finaliter consulo tibi, vt pericula fugies ciuitatem refugij petas: ad tutissimum monasterij portum festines, sacram intres religionem: in qua tot habeas adiutores in bonis, quot fratres & socios religionis. Hoc quoque agnoscas, quia portabilius est a prauis hominibus derideri: quam ab altissimo iudice reprobari, & in aeternum confundi. CANO. Tibi o sancte patrone gratias ago immensas, & deuotissime atque humillime precor, quatenus gratiam & virtutem adimplendi saluberrimum tuum consilium mihi a domino impetrare digneris. PATRO. Ego non ero immemor tui. Tu quoque quod in te est facere non omittas: & mecum pariter ora tuum ac omnium saluatorem. Qui est super omnia deus sublimis & benedictus, AMEN.

Ioan. 9.

Psal. 111
Dan. 3.
Luc. 1.
Rom. 9.
2. Cor. 1.
1. Pet. 1.

Finis colloquij inter Canonicum
& Patronum.